HUGO RIPELIN DE ARGENTINA

Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 44r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ligibile se conuitit. ¶ Dicitur uero intellectus in effectu et cui
qui dicitur adeptus sumitur secundum maiorem et minorem perfec
cionem ipsius intellectus possibilis. ¶ Cum enim intellectus possibilis recipit
species cum lumine intellectus agentis, tunc dicitur intellectus in
effectu et etiam in habitu. Sed cum idem intellectus illustratur
et multitudine sensibilium specierum tunc uocatur intellectus adep
tus. Vnde patet quod intellectus in effectu et adeptus non differunt re
sed tantum racione. ¶ Diligenter autem notandum est quod omnes
dicte intellectuum iam prodicte summuntur uel secundum habitum uel
secundum actum, uel secundum modum intelligendi, et nulla su
muntur secundum diuisionem potencie cognitiue nisi prima
tantum secundum quam diuiditur intellectus in agentem et possibilem.
Res cognoscit aliter deus De modis cognoscendi res
aliter angelus, aliter homo. ¶ Ipse quoque homo
aliter per intellectum deum cognoscit et aliter creaturas. In
tellectus enim diuinus cognoscit res se ipso. Intellectus autem
angeli cognoscit res per species sibi concreatas que
sunt similitudo rei. ¶ Sed intellectus humanus cognoscit
res per species abstractas a rebus particularibus per sensus prius
cognitis. Vnde sciendum quod sicut sensus cognoscit
res presente obiecto et sicut ymaginacio cognoscit res
absente obiecto et tamen cum appenditiis materie. ¶ Ita intellectus
cognoscit sine appenditiis materie sub uniuersali racione.
¶ Anima igitur per intellectum aliqualiter attingit omnia. cog
noscit enim deum supra se et se in se et angelos iuxta se et
quidquid ambitu celi continetur infra se. ¶ Quis sit
autem modus cognoscendi deum, nota quod intellectus huma
nus non cognoscit deum per abstractionem sicut ali
as res. Et hoc ideo est quia similitudo abstracta simpli
cior est illo a quo fit abstractio. Deo autem nichil est
simplicius. ¶ Alia ideo est quia in abstractio
ne oportet esse particulare et uniuersale particulare quidem a
quo fiat abstractio, uniuersale autem scilicet ipsum abstractum. Sed
nichil horum cadit in deum. ¶ Cognoscitur igitur